

reliquerant, sedem repossunt. Nec em̄ de nihilo aut de uana adulatione uenie-  
 A bat, q̄ quosdā urbiū conditores, aut claros in rep. uiros, in numerū deorū cōse-  
 crarit antiq̄tas. Sed Hesiodus quoq̄ diuinæ sobolis assertor, priscos reges cum  
 dijs alijs enumerat, hisq̄ exemplo ueteris potestatis etiam in cœlo regendi res  
 humanas assignat officiū. Et ne cui fastidiosū sit, si x̄sus ipsos, ut poëta Græcus  
 protulit, inseramus, referemus eos ut ex x̄bis suis in Latīna x̄ba cōuersi sunt:

Indigetes diui fato summi Iouis hi sunt,  
 Quondam homines, modo cum superis humana tuentes,  
 Largi, ac munifici, ius regum nunc quoque nacti.

Hoc & Vergilius nō ignorat, q̄ licet argumēto suo seruiens, heroas in inferos  
 relegauerit, nō tñ eos abducit à cœlo, sed æthera his deputat largiorē, & nosse  
 B eos solē suum ac sidera profitetur, ut geminæ doctrinæ obseruationes præsti-  
 terit, & poëticiæ figmentum, & philosophiæ ueritatem. Et si secundum illum,  
 res quoque leuiores quas uiui exercuerant, etiam post corpus exercent:

Quæ gratia currūm,  
 Armorūq̄ fuit uiuis, quæ cura nitentis  
 Pascere equos, eadem sequitur tellure repostos.

Multo magis rectores quondam urbium recepti in cœlum, curam regendorū  
 hominum non relinquunt. Hæ autem animæ in ultimam sphæram recipi cre-  
 dunt, quæ aplanes uocant. Nec frustra hoc usurpatū est, siq̄dem inde profectæ  
 sunt. Animis em̄ necdum desiderio corporis irretitis, siderea pars mūdi p̄stat  
 C habitaculū, & inde labunt in corpora. Ideo his illò est reditio, qui merent. Re-  
 ctissimè ergo dictum est, cum in galaxian, quæ aplanes continet, sermo iste pro-  
 cedat, hinc profecti, huc reuertuntur. Ad sequentia transeamus.

Quid secundum priscos illos theologos inferi, & quando ex horum sententia, anima aut uiuere  
 aut mori dicatur. Caput .X.

Hic ego etsi eram p̄terterritus, non tam mortis metu, q̄ insidiarū à meis,  
 quæsiui tñ, uiueret ne ipse, & Paulus pater, & alijs q̄s nos extinctos ar-  
 bitraremur. Vel fortuitis & inter fabulas elucent semina infixa uir-  
 tutum, quæ nunc uideas licet, ut è pectore Scipionis uel somniantis emineant.  
 In re em̄ una, politicarū uirtutū om̄ium parit̄ exercet officiū. Quod nō labitur  
 animo, p̄dicta morte p̄territus, fortitudo est. Qd̄ suorū terret̄ insidijs, magisq̄  
 D alienū facinus, q̄ suum horrescit exitiū, de pietate & nimio in suos amore pro-  
 cedit. Hæc autē diximus ad iustitiā referri, q̄ seruat unicuiq̄ quod suū est. Qd̄  
 ea q̄ arbitrabatur, non pro cōperts habet, sed spreta opinione, quæ minus cau-  
 tis animis pro uero inolefcit, quærit discere certiora, indubitata prudētia ē. Qd̄  
 cum p̄fecta beatitas, & cœlestis habitatio humanæ naturæ, i qua se nouerat es-  
 se, promittit̄, audiendi tñ talia desideriiū frenat, temperat, & sequestrat, ut de ui-  
 ta auī & patris interroget, qd̄ nisi tēperantia est: ut iam tum liqueret Africanū  
 per quietē ad ea loca q̄ sibi deberētur, adductum. In hac autē interrogatione  
 de animæ immortalitate tractat̄. Ipsius em̄ cōsultationis hic sensus est: Nos (in-  
 qt) arbitrabamur aiām cū fine moriētis extinguī, nec ulterius esse post hoīem.  
 Ait enim, quos extinctos esse arbitramur. Quod autē extinguitur, esse iā de-  
 sinit. Ergo uelim iā dicas (inqt) si & pater Paulus tecū & alijs sup̄sunt. Ad hanc

Explicantur  
 uerba Cicero-  
 nis.

b v in